pſſimum eſt neſcire tempus niſi friuolis et fabulo-
ſis narrationibus detinere. Uel tacētibus de te dñe
qm̄ loquaces muti ſunt. ¶ Solent fratres letanias
pſalmos penitentiales/canticum graduum/et ſimi-
lia aut ſimul aut ſingulariter frequentare et maxīe
ante tertiā:aut certe in ſanctis meditationibus occu
pari. ¶ Deniqꝫ quotiens mutue collatiōis verba in
teruenīunt/ſonum omnino decet eſſe demiſſuȝ. Pro-
inde clamoſam locutionē que nunq̄ decet religioſaȝ
ꝑſonam penitus vitent maxime inter frutecta et ne
mora exiſtentes. Siquidem iuxta vulgare ꝓuerbiuȝ
Nemus aures et campos ſeu planicies oculos habe
re dicuntur. Ab omnibus ergo que coram ſecularibꝰ
dicere nolunt:in locis dumoſis ꝛ nemoroſis oīno ab
ſtineāt:niſi forte aliquid quaſi ſub ſilentio ſi latinis
verbis dicere velint. Miſerabiles confuſiones q̄buſ
dā minus cautis pluries ex hoc accidiſſe ferunt. Nō
cantent in itinere maxime in cantu ſeculariū cantio
nū aliqua licet bona cū laici nō intelligant niſi ſonū
Et preter hec religioſum non decet in cātu extra or
dinarie voceȝ afferre. Si quis forte diſſolutiōes aut
clamoſas diſputationes verborum altercationes:vł
alia que offenſionis materiā extraneis dare poſſunt
vitare inter homines negligunt neq̄ eos timora
tos dixerim aut zelum religionis habere. ¶ Qui re-
ligionis ſue ſcandalo nō occurrit:honori proprio de-
trahit et ſaluti. Qui fidelis religionis eſt filius ne-
quaq̄ eius ſcandalum paruiducit.

¶ De mō ꝯſeruādi in ecclījs ſeculariū. Ca.xxix.

Peruenientes ad religioſorum vel ſeculariuȝ lo
ca cum ad eccleſiam ſi in loco fuerit veniunt in
ingreſſu eccleſie.illum ſecum verſiculum memoran-

tes. Introibo in domū tuā adorabo ad templū ſan-
ctum tuum in timore tuo. Et nudato capite ſignum
crucis ſuper ſe/cū reuerentia facientes āte altare vl
in alio loco orationi congruo ad quem declinauerit
ſenior proſternere ſe hūiliter debēt. Ubi quantum
deus dederit deuote orantes pariter ab oratiōe ſur-
gentes procedere poterunt ad ea q̄ neceſſe habuerit
iuxta ꝓpoſitū exequēda. Eccleſiam nāqꝫ ſicut euā-
gelici et eccleſiaſtici viri ſemꝑ prius ſi cōmode poſſi-
mus viſitare debemꝰ ſanctoꝝ patrū q̄ nos in ordi-
ne preceſſerūt. immo ipſius ſaluatoris exemplo quē
beatus euāgeliſta Matheus iheruſalem ciuitatem
ingreſſum refert templum domini abiiſſe. Super
quē locum dicit expoſitor ꝙ ingreſſus vrbem primo
templum adiit dans formam religionis vt quoquo-
ſmus primum domum orationis ſi ibi eſt adeamus.
Miſſarum enim ſolennia vel alias diuino officio cuꝫ
extraneis aſſiſtentes gerant ſe humiliter et honeſte.
Nō ſtent in ſedibus ſuis velut magnates aut quaſi
laici laſſi de officio non curantes ſed ad librū ſi ne-
ceſſe fuerit et honeſte poterunt accedere officiantes
cum maturitate tamen ac modeſtia tam in voce q̄ꝫ i
geſtibus obſeruata humiliter iuuent. Quod ſi pro-
pter euitandū diſcurſum ad libruꝫ non duxerit acce
dendum nichilominus tamē cōmunia que nouerint
poterunt cum aliis honeſte ſine nimia vocis exalta-
tatione cantare. ¶ Ad cantandum autem aliq̄d ſeq̄
ſtratum ſicut eſt Alla reſponſorium vel aliud quod-
libet nequaq̄ꝫ cū ſecularibꝰ ſe combinent ſi vitare po
terunt bono modo. ¶ Tunc etiā non ſolū in p̄dictis
verūetiam in honeſto ſe habendi modo quātuꝫ ad di-
ſciplinam aſpiciendi loquendi habitus ꝛ vniformi-

tatis honeſtatiſqꝫ cuſtodia eſt habenda. ¶ Reprehen-
ſibile eſt ibi vagis circūſpicere oculis: aut collocutio-
nibus dum miſſe officium celebratur intēdere quod
tunc etiā ſecularibus clericis ius canonicuꝫ interdi-
cit: aut per aliquam rem habitus ſecularitatem pre-
tendere. Unde ibi non decet caputium inter hoīes ex-
trahi niſi ad euāgelium vel ad alia ꝑ q̄bus ex ap-
probata cōſuetudine cōiter fieri cōſueuit. ¶ Deniqꝫ
propter vniformitateꝫ duꝫ interſunt officio ſolliciti
ſint circa duo. ¶ Unum eſt de diuerſitate ſua in his
que ab honeſtate non diſcrepant/ alios ſcandaliſent
vt videlicet ad magnificat in veſperis. Ad quicūqꝫ
vult in prima vel alia huiuſmodi ceteris cuꝫ reuerē-
tia ſtantibus/ ipſi non dicāt. ¶ Aliud eſt/ vt in ſtan-
do/ ſedēdo/ et ſe proſternēdo ſint inuicem vniformes
vt patiter ſtant/ ſedeant et proſternāt. Qui cor vnuꝫ
et aīam vnam debent habere: diffo rmes exterius nō
debent eſſe. Uniformitas moꝝ: vniformitateꝫ iuuat
et indicat animorum. ¶ Senioris conſuetudini de-
bet ſe ſocius humiliter conformare. Religioſorū mo-
rem cum eis officiantes/ ſeruamus cuꝫ inclinationū
ritus ignaris/ feſtiuo tempore ad oēs collectas vul-
tu ad altare verſo cuꝫ reuerentia ſtantes: ad bτē vir-
ginis ⁊ ſanctorū dūtaxat qui ſpeciali ex more vene-
ratione coluntur nomina inclinamus. In feria vero
ſimus ad oēs orationes proſtrati. Ad prefationem
ſemper et quando dicitur agnus dei moris eſt ſtare.
Uerūtn̄ qū apud extraneos duxerit celebrandū mo-
dū ordini ſui in celebrādo vniformitatis occaſione
nō variēt: nec ipſum dimittāt: niſi aliter facere cogat
neceſſitas. Ne velut inſtabiles et modum proprium
non habentes cum varijs eccleſiarum conſuetudini-

bus temerarie varientur. Poſſunt tñ i bñdictionib⁹ poſt miſſam iuxta morem patrie faciendis ⁊ i oībus hmōi que modo non preiudicant regulari eccleſiam in quibus fuerint conſuetudines obſeruare.

¶ De diſciplina in hoſpitio ſeruāda Ca.xxx.

In hoſpicij domo cum fuerint/ſtudeant ſe in omnibus gerere humiliter ac prudēter circa cuſtodiam diſcipline/humilitatem erga pſonas in cōuerſatione oſtendant. Perſonis maioribus humiliter deferant. Perſonis humiliorib⁹ et pauperib⁹ tanꝗ cō fratribus ſuis ſocialiter ⁊ benigne loquātur. Cōuerſatio quoqꝫ ſignuꝫ aliquod ſuperbie non pretendat. Nunꝗ ad prima ſe ingerāt loca/nec tñ ad ea vocati prorſus refugiant. Senioris tamen fratris quem p̄ponere debēt ſemp i omnib⁹ honore ſeruato. Quod honori vel certe deliciis deſeruire videtur humiliter vtiqꝫ declinatur/⁊ honeſta modeſtia recuſatur. Ubi autem ſenioris aut ſociorum accedit inſtantia cedere magis ꝗ diutius repugnare oportet. Parēdo potius ꝗ obſtinatius repugnando ſeruatur humilitas Reprehēſibilis difficultas/ vbi palam nutui obuiat ſenioris. Lectos ſecularium non aſcendant idifferēter per diem nec familiaꝫ hoſpicij obſequioꝝ exactione moleſtent. Decet pauperes/paucis eſſe contentos ipſiqꝫ neceſſitati eſt pro loco et tempore detrahēduꝫ. ¶ Nunꝗ hoſpitum familiaritas vel alicuius affinitatis propinquitas preſumptionem inducat vt in domo precipere curioſa querere/aut de factꝫ dom⁹ ſeu familie indagandis vel diſponendis ſe iterum intromittere velint/qui proprie rei familiaris curam/ vt deo ſeruirent liberius/ adiecerunt. ¶ Prudentiam qdam neceſſariā habent vt ſint in ſui cuſtodia circū-